

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

**Beneficiencia siue beneficium ak**  
**cum uariis**

Ingratum est beneficium quod diu inter manus dantis hesit, quod quis egre dimittere uisus est et sic dare tanquam sibi eriperetur. Gratissima autem sunt beneficia parata, facilia, occurrence, ubi nulla mora fuit nisi in accipientis uerecundia.

Seneca ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Beneficiencia siue] Beneficia seu P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uisus] usus V<sup>1</sup>